



1960

KAT-KOMP

Mag. St. Dr.

P

Mart.

Garycki Bonifacius: Gloria et Roma  
S. S. Joannes, Martini Savign  
Kosobki — sacras Canonice  
nis S. Joan. Cantii ceremonias  
Sarnoviae in sua Collegata  
1775 peragente.

VITAE.

N.

Poerze N<sup>o</sup> 1937



1960 I

**ILLUSTRISSIMO**  
&  
**REVERENDISSIMO DOMINO**  
**D. STANISLAO MARTINO**

*In Swieyki*

**SWIEYKOWSKI**

Ecclesiarum; Archi-Cathedralis Leopoliensis  
Metropolitano CANONICO, Collegiatæ Tar-  
noviensis PRÆPOSITO INFULATO & OF-  
FICIALI Perpetuo, in Ofinow & Boleslaw

**CURATO**

**DOMINO MECÆNATI AMPLISSIMO**  
Sacras Canonizationis S JOANNIS CANTIE  
Cerimonias unâ cum anniversaria celebri-  
tate, Tarnoviz in sua Collegiata 177516

**PERAGENTI.**



# CARMEN LYRICUM.



Appello vestram posthuma secula  
Fidem probatam; facta perennibus  
Notate fastis INFULATI  
SWIEYKOVII bona promerentis.

Vir nactus ingens à Proavis genus,  
Verus Paterni Nominis æmulus,  
Illustribus ceris refulgens,  
Cujus in ore decor triumphat.

Quin regnat amplis parta laboribus  
Rotata sanctæ per Capitolium  
Virtutis ad summas honorum  
Gloria difficilis curules.

Natura raram præstitit indolem  
Musis amicam, cum quibus optimos  
Ætatis exegit juventæ  
A teneris sociatus annos.

Ergo



Ergo Sodali plaudite Litteræ,  
Tarnoviensis plaude Colonia,  
Vel ipsa cum Musis Patrono  
Plaude tuo Jagelonis Aula!

Quantis cor ejus flagret in ignibus  
Amoris erga vos bona Numina!  
Quanto colat Divos honore!  
Significat celebrata pompa

Divi JOANNIS publica CANTII,  
Quem copulavit Cœlituum Choris  
Supremus in terris SACERDOS  
Ad pia vota Gregis Poloni.

Non invidemus Romuleis suos,  
Quos larga quondam dextera Consules  
Inscripsit æternis Probinos  
Munificos calamô tabellis.

En INFULATUS largior imbribus  
Densis, catervas non hominum solet  
Ditare tantum, sed Beatos  
Divitiis Proceres adornat.

Non

Non parcit ullis ille peculiis,  
Non damnat atras in tenebras opes,  
Ut CANTII Nomen decusque  
Perpetuò celebretur avò;  
Ac ut sacratum tota fidelium  
Propago cultum pectore fervido  
Impendat, Hic, qualem decebat,  
Sacrificat pia thura Mylta.

Istud colossos ære perennius  
Vir ample factum marmoreos Tuum,  
Et omnium pennas meretur,

Quæ referant monumenta chartis, |

## EPIGRAMMA.

Sint SWIEYKOVI alii, qui Te dum di-  
scere tendant,

Cum prisca laudent nobilitate Tuum  
Ingeniū, mores memorent, quæ cura tuendi  
Candoris fuerit, quis probitatis honos  
Est aliquid majus, mitto hæc: ignoscite Patres!

Quos pius in Superos hic sociavit amor.  
Namque Viri laudum pars hæc est summa,

JOANNIS!


Hocce coronari quodd Duce gaudet apex.

M. Bonifacius Gajcki Phis Dr & Prfr.



*Theologia  
A. M. S. P. M. A.*

*Yehrogorii Alberti Quintone botrus veteris  
et novae doctrinae carmine elegans con-  
scripta.*



stdr0023519

Biblioteka Jagiellońska

